Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

lingua sua illos loquentes. ad vx. cap. Parthy et medi et elamite et qui habitatis mesopotamiam. iudeam et cappadociam. pontum et asiam. frygiam et pamphyliam. egyptum et partes lybie que est circa cyrenen et aduene romani. iudei quoque et prosoliti. cretes et arabes audiuimus eos loquentes. nostris linguis magnalia dei. ORD. Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti da nobis in eodem spiritu recta sapere et de eius semper solatione gaudere. per dominum. ad vpl. Karitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. OR. Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio et sui roris intima aspersione fecundet. per eundem. fer.

secunda capitula.

Apparens petrus omnibus dixit. viri fratres et patres nobis precepit dominus predicare populo et testificari quia ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorum et mortuorum. aliud. Adhuc loquente petro super hos cecidit spiritus sanctus omnis qui audiebant verbum. aliud. Obstupuerunt ex admiratione fideles qui uenerant cum petro quia et in nationes gratia spiritus sancti effusa est. audiebant enim illos loquentes et magnificantes dominum. ald. Dixit petrus. Numquid aquam quis prohibere potest ne non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos. et iussit eos baptizari in nomine domini nostri ihu xpi. ORD. Deus qui apostolis tuis sancti dedisti spiritum de celo plebi tue pie petimus

ligiris